

Thomas Lindemann Heinrich Sibrand

Ex decreto & autoritate Amplissimi Et Celeberrimi, Venerandae Facultatis Iuridicae, Senatus in inclyta Academia Rostochiana Pro consequendis in utroq[ue] lure privilegiis & honoribus Doctoralibus Sub Praesidio ... Thomae Lindemanni I.U.D. ... Disputationem Inauguralem Utilissimam Reconventionis Materiam Exhibentem. Publicae Censurae subiicit 15. April. Henricus Sibrandt Rost.

Rostochi[i]: Pedanus, [ca. 1630]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn726768103>

Druck Freier  Zugang



Vertragswesen

Vert.
Lindemann - Librandt. /c
1630.



11
12
DIVINI NUMINIS GRATIA

Ex decreto & auctoritate

AMPLISSIMI ET CELEBERRIMI,
Veneranda Facultatis Juridica, Senatus inin-
clyta Academia Rostochiana

Pro consequendis in utroq; Ju-
re privilegiis & honoribus Do-
ctoralibus.

SUB PRÆSIDIO

Viri Amplissimi Spectabilis & Consultissimi,

Dn. THOMÆ LINDEMANNI
J. U. D. & Professoris hujus Academiæ
Celeberrimi, Facultatis Juridicæ DECANI,
fautoris & promotoris sui colendi

DISPUTATIONEM INAUGURALEM

UTILISSIMAM RE-
CONVENTIONIS MATE-
RIAM EXHIBENTEM.

Publicæ Censuræ subjicit 15. April.

HENRICUS SIBRANDT Rost.



ROSTOCHI

Typis JOACHIMI PEDANI Acad. Typ. 1670. (Hut.)





IN NOMINE INDIVIDUÆ TRINITATIS

Disputatio Juridica
DE
RECONVENTIONE

THESIS I.



Um illa quæ apprime neces-
saria, juxta & utilia, inque foro ac ju-
dicijs frequentissima sunt, propter sui
ipsius præstantiam, haud negligenda,
sed secundum *ICtum Paulum in l. legavi*
25. ff. de liber. legat. plenius attingenda,
& exemplo *Ulpiani in l. hac clausula*
1. juncto S. i. ff. de suspect. tutor. exactius
indaganda; Ideò opere pretium me fa-
cturum existimavi, si hanc RECONVENTIONIS materiam, ut-
pote summè practicabilem *Alex. Trentacing. lib. 2. Variar. Resol.*
1. n. 1. Theoph. Gifsb. tract. de Reconu. cap. 1. num. 6. Proindeque Ad-
vocatis causarumque patronis perquam necessariam *Salicet. in*
Autb. & consequenter C. de sentent. & interloc. disputationis inau-
guralis loco proponerem. Quod ut eò felicius à me fiat, exemplo
Sacratissimi nostri Imperatoris Iustiniani in *l. 1. C. de offic. Pres.*
Præ. Afr. l. 1. C. de V. J. E. Princ. Constit. Deo auctore de concept. ff.
merito ab invocatione numinis Divini, Disputationem ordior,
eandemque Divinæ Majestati dico confecroque. Tu itaque summe
Iehovah. Da facilem cursum & captis annue votis.

2. Sicuti autem in universâ juris nostri prudentia rerum
potior, aut verborum semper prior habetur ratio; *Arg. l. Juri 1. ff.*
de Just. & Jur. l. 2. re est 1 ff. de Reb. Cred. Ita etiam præmissâ no-
minis RECONVENTIONIS explicatione, demum ad rei defini-

A 2

tionem

Stygu

tionem devenio. Dicta est autem à Re, id est, iterum vel vicissim, & conveniendo. Quemadmodum enim actor dicitur Reum convenire. *l. si actor 29. ff. de procur. l. si homo 45. ff. de Rei Vind. l. Cum quis 1. ff. Rem Ratam hab. l. Cum notissimi 7. §. Quamobrem i. C. de Praeser. 30. vel 40. Annot. l. plane 3. ff. famil. Erisc.* Ita reus coram eodem Judge actorem vicissim conveniens & pullans, eundem reconvenire dicitur à Cælest. Papa in *Cap. Prudentiam 2. ext. de Mut. Petit. Cap. super spoliatione fin. X de Ord. Cognit. Cap. Dispendia 3. vers. Rew. de Rescript. in 6.* Unde etiam mutua petitionis nomen Reconventioni impositum esse citra crimen falsi asseverari posse non dubito per *Rubr. & tot. tit. X. de Mut. Petit. Theoph. Gifsb. d. tr. cap. 2. in princ.*

3. Præviâ itaque & præmissâ nominis explanatione, merito cura formandæ atque concinnandæ definitionis animum subit; siquidem ea Interpretes valdè torfit, uti ex varijs variorum Authorum definitionibus videre licet. Ex quibus tamen hæc potissimum mihi arridet: Quâ definitur, Mutua Rei conventi, coram eodem Iudice, adversus Actorem, durante conventionis Iudicio, instituta actio.

4. Generis itaque vices in hac definitione subit Mutua actio, idque merito; tum ut intelligatur, reconventionem non competere nisi præcesserit conventio, seu actio quædam: *textus est in l. consensisse 2. §. item si 5. l. qui non cogitur 22. ff. de Judic. l. cum Papinianus 14. C. de sentent. & interloc. Cap. Dispendia 3. de Rescript. in 6. Rubr. & tot. tit. X. de Mut. Petit.* Tum ut pernoscat, reconventionem propriè à Reo convento, non in modum exceptionis, sed in forma actionis, esse proponendam. Nominè enim actionis, quod Reconventioni in præcit textib. attribuitur, non venit exceptio *l. verbum 8. ff. de V. S.* Et insuper expressum habemus *textum in cap. cum dilectus 2. X. de ord. cognit.* In quo Innocent. Papa, distinguendum esse monet. utrum in modum actionis, an verò in formâ exceptionis proposita sit à Reo quæstio.

5. Atque hinc patet, quid sentiendum atque statuendum sit, de quæstione illâ inter Dd. valdè agitata: An Reconventio actioni, an verò Exceptioni sit annumeranda? *Theoph. Gifsb. d. l. cap. 4. num. 8. Diss. Joh. Petr. Malign. in tract. suo de Reconvention. Quest. 8.*

① *Tausch eines Sachvertrags vor demselben Richter gegen einen Laten bei bestehendem Vertragsprædic, d. d. d. g. f. h. e. t. e. Handlung*

6. Sequitur ordine in, definitione, quod sit Rei Conventus actio. Quo ipso redarguitur error *Accursij in l. consensisse 2. §. item si 5. v. sed & si agant in verb. compelluntur lit. D. ff. de Judic. & l. Non distinguemus 32. §. item si 9. in fin. in verb. defendat l. M ff. de Recept. qui Arbitr. statuentis, Actorem reo litem moventem, ab omnibus aliis coram illo iudice, etiam incompetente, reconveniri posse. Cum non solum nominis Etymon repugnet, sed insuper omnes textu de Reconventionem loquentes. *praesertim v. Rubr. & tot. tit. ext. de Mut. Petit. Nov. 96. cap. 2. & ex illa desumpta Aub. & consequenter v. si vicissim C. de sentent. & interloc.* Contrarium evincant. Apparet insuper, ex praedictis definitionis verbis, Reconventionis Reconventionem non dari, id est, Actorem à Reo Reconventum, eundem reconvenire non posse *Specul. lib. 2. partic. 1. tit. de Reconvent. §. Nunc dicamus 2. num. fin.* ne immortalitate atque infinitate lites implicentur. *Contra text. cap. cum in multis 2. de Rescript. in 6.**

7. Additur denique in definitione coram eodem iudice. Ut intelligatur praecipua Reconventionis differentia, quâ à ceteris judiciis discernitur, in quibus regulariter sequitur actor forum rei *l. Actor fin. C. ubi in rem Ali. Exerc. deb. l. juris 2. C. de Jurisd. Cap. si Clericus 5. ext. de for. compet.* Idque in hac Reconventionis materiâ ita specialiter receptum, ne litigantes se ad diversos trahendo iudices, lites ac molestias faciant immortales, ac inde miserabile quid ac ridiculum eveniat. *Uti inquit Imper. Justin. in Nov. 96. cap. 2. in princ.* Nam sane cujus in agendo quis observat arbitrium eundem & contra se habere iudicem non dedignabitur *l. cum papinianus 14. cum Aub. Et consequenter C. de sentent. & interloc.* ne calumniosae voluntati adversarij fenestra aperiatur, optioque relinquatur, num apud eundem iudicem litigare debeam & possim. *l. si idem 11. §. sed & si 1. ff. de Jurisd. add. l. qui non 22. ff. de Judic. cap. Dissendia 3. de Rescript. in 6.* Reliqua Definitionis verba in sequi: cum Deo ulterius attingam.

8. Enodatâ hætenus Definitione, secundum legem methodi, divisio Reconventionis examinanda venit: quæ & ipsa non ab omnibus una eademque traditur *Baldus enim in d. Aub. & consequenter C. de sentent. & interloc. num. 21. Marian. Socis. de Mut. Petit. Artic. 2. Iob. Petr. Mollign. d. tr. Quæst. 2.* Quadrimembrem Re Conventionis faciunt divisionem; Ut alia sit de Civili ad Civi-

lem, de Criminali ad Criminalem, de Civili ad Criminalem, & de Criminali ad Civilem: quæ tamen si penitus examinetur, potius ad varios modos reconventionis, quam ad veram ejusdem divisionem referenda erit. Quamvis parum interesse putem si quis exemplo actionis, reconventionem dividere voluerit in Criminalem & Civilem.

9. Magis verò naturæ reconventionis conveniens illa videtur. Dd. distinctio, quæ reconventionem in propriam & impropriam dispefcunt: Propria illis dicitur quæ ante vel statim post litis contestationem parili & simultaneo processu instituitur continuatur & finitur *Clement. sepe §. verum in verb. Exordio de V. S.* quod quomodo fiat sequentiâ indicabunt. Impropriam illam dicunt, quæ quovis tempore, durante tamen conventionis iudicio instituitur, finitque in primis actionum temporalium præscriptionem, & causam reconventionis iudici aliàs incompetenti competenter insinuat *Cap. dispendia 2. vers. Reus in verb. durante iudicio de Rescript. in 6. Specul. de Reconvent. §. sequitur 3.* Si quis tamen subtili disputandi ratione, contra quam multa in jure Civili recepta esse docet *ICtus Julianus in l. ita vulneratus 51. §. Estimatio 2. vers. Multa ff. ad L. Aquil. contrarium adstruere voluerit* me plane contrarium non habebit veram enim puto *Specul. d. l. & Theoph. Gifib. d. tr. cap. 19. num. 8.* sententiam statuentium Reconventionem etiam post litis contestationem interpositam, veram esse reconventionem, simultaneo tamen processu eam expediri minime posse *Rob. Marant. in spec. Aur. Part. 4. Distinct. 6. num. 6.*

10. Illud autem absq; dubio à jure alienum est, dum *Wesemb. in Paratit. de compensat. num. 9. secutus Bald. in l. si constat C. de compensat. & Alex. cons. 119. vol. 2.* Compensationem speciem quandam Reconventionis asserit. Quia Reconventio venit nomine actionis, uti *supr. ib. 4. satis demonstratum per cap. cum Dilectus 2. ext. de ordin. cognit. Cōpensatio vero exceptioni annumeratur l. in exceptionibus 19. §. idem 3. junct. §. §. præced. ff. de probat. arg. l. exceptio 22. ff. de excepte.* Accedit quod reconventio sit rei litigiolæ, & propter dubiū litis eventū incertæ & illiquidæ compensatio verò sit rei nō nisi liquidæ *l. compensationes fin. C. de compensat. l. si debeas 22. ff. eod.* Liquidū n. ad illiquidū nulla est cōpensatio. Unde is qui compensat debitū fatetur, quia compensatio nihil aliud est quam crediti & debiti inter se usq; ad concurrentē summā contributio *l. compensatio*

cio 1. d. t. l. si constat 4. C. eod. l. Titia 34. S. qui invita 5. ff. de legat. 2.
At is qui reconventionem utitur minimè fatetur se debere arg. l. non
videtur 33. ff. de Judic.

11. Postquam jam de Definitione ac divisione Reconventionis pro instituti mei ratione satis superque actum sit, restat ut de partibus hujus judicij reconventionalis paucis agam. Quod ut eo felicius fiat, primo de personis judicium hoc constituentibus Deinde de Rebus seu causis in Judicium Reconventionis deducendis, & denique de modo procedendi, seu processu hujus judicij nonnulla breviter subjiciam.

12. Tralatitium est, in omni judicio, ad ejus constitutionem, tres requiri personas principales, judicem videlicet, Actorem, & Reum (Nam de minus principalibus personis, tam ex parte judicis, quales sunt assessores, Judicij Secretarij scribæ vel Actuarij item Apparitores, quam ex parte litigantium, quales sunt Advocati Procuratores assistentes & testes, intervenientibus hic sermo non est) Et hoc quidem indubitati juris est, eundem esse judicem Reconventionis qui est conventionis. l. Qui non cogitur 12. ff. de Judic. l. cum Papinianus 14. cum Auth. Et consequenter C. de sentent. & inter loc. cap. Dissendia 3. S. Reus quoq; in verb. apud eosdem Judices de rescript. in 6. Quod præter citatos textus & ipsū verbi Reconventionis seu mutue petitionis Etymon indicat uti sup. ib. 2. demonstratum. Imò summum commodum tam in judicem quam in litigantes redundans, suadet coram eodem judice Reconventionem instituendam esse, cum nulli prorsus audientia præbenda sit, qui causæ continentiam dividit, & ex beneficij prærogativa, id quod in uno eodemque judicio poterat terminari, apud diversos judices voluerit ventilare, poenaeque insuper ex sententiâ Judicis immineat et, qui contra hanc supplicaverit sanctionem, inquit Imper. Constantinus in l. Nulli 10. C. de Judic.

13. Unde tam ex parte actoris receptum, ne illum cujus in agendo observavit arbitrium & contra se habere judicem dedignetur d. l. cum Papinianus 14. C. de sentent. & Interloc. Quam ex parte Rei saluberrime constitutum ab Imper. Justin. Nov. 96. cap. 2. S. sancimus 1. vers. si itaq; tacuerit ne judicio conventionis durante, licentia sit ei adversarium suum ad alium trahere judicem. Necessi-

cessitate ei imposita sustinendi terminum litis ab actore sibi illata.

14. Et hoc procedit tam in iudice ordinario, cognitionem & jurisdictionem vel à populo, vel à principale, vel à Lege, vel vi præscriptionis, vel consuetudinis ordinarium habente, ac ita propriam quasi jurisdictionem exercente *l. More. §. cum l. Et quia sequ. ff. de jurisdic. l. cum prætor 12. l. Qui neg, §. ff. de judic.* Idque minus dubij habet propter textus valde evidentes *l. si idem 11. §. sed §. ff. de jurisd. l. Qui non cogitur 22. ff. de judic. l. cum Papinianus 14. C. de sentent. & interloc. Nov. 96. cap. 2.*

15. Quam in iudice Delegato mandatam sibi jurisdictionem, nomine ejus qui jurisdictioni præest & ita non proprio jure sed alterius Beneficio exercente *tot. tit. ff. de offic. ejus cui Mandat. est Jurisd. Iob. Petr. Molig. d. tr. Quæst. 24.* Tum quod Reconventio apud quemlibet iudicem coram quo fit conventio Principalis Regulariter instituitur à *cap. 1. & 2. ext. de Mut. petit. specul. de Reconvent. §. Fieri 1. n. 1. Marant. de petit. 4. dist. 6n. 13.* Et actio principalis coram Delegato ventilari possit *per tot. tit. ff. de offic. ejus cui mand. est Jurisdic.* Tum quod quæstio hæc quoad litteram decisa in *cap. ex literis 1. in verb. à sede Apostolicâ delegatis ext. de Mut. petit.*

16. Nec interest an solus actor illum elegerit, cum propriae voluntati & placito, quo in prorogationem jurisdictionis consensit, contravenire iniquum sit. *l. Hoc edicto 1. ff. de constit. pecun. l. Hujus 1. ff. de Pactis cum simil. textib.* An verò communi tam Actoris quam Rei consensu impetratus sit, stringit enim ratio *sepe alleg. l. cum Papinianus 14. C. de sentent. & interloc.* Quod cuius in agendo observavit arbitrium, eum & contra se habere iudicem dedignari minimè possit. *Dis. Marant. d. l. n. 13. vers. Quod intellige & alij plures ab illo alleg: vide omninò Theoph. Gifib. d. l. cap. 25. per tot. apud quem sylvam contrariorum argumentorum probe sublucata invenies.*

17. Cum porro Arbitri nonnunquam nomine iudicum veniant *l. si minor 34. §. Minores 1. ff. de Minor. l. Qui neg, §. ff. de judic. l. Ex consensu 23. ff. de Appellat.* Non inconvenienter hic quæritur. An etiam coram Arbitris Reconventio institui possit? Et nota est, vulgata illa & recepta Dd distinctio: Inter Arbitros aris ex legis vel statuti necessitate, à Magistratu, ad dirimendas omnes

omnes litigantium controverſias, datos. *l. arbitrio 9. ff. qui ſatisd. cog. l. cum ſpecialis ſin. ibiq. Gorb. lit. A. C. de Iudic. l. Arbitrum 43. ff. Fam. Erciſc.* Et Arbitros compromiſſarios, quibus ſaltem ex compromiſſo partium, controverſias arbitrio ſuo decidendi, poteſtas conceſſa eſt. *l. rem. non novam 14. C. de Judic. tot. tit. ff. qui arbit. Recep. ibiq. DD.* Coram illis, quin Reconventio inſtitui poſſit, dubium ferè nullum eſt; Quia ejuſmodi arbiter, & Iudex Ordinarius, æquiparantur in *l. Arbitrio 9. ff. qui ſatisd. cog.* Proindeq; recte coram eo ſicuti coram Magiſtratu ordinario reconventio inſtituitur: facit ratio *d. l. Cum Papinianus 14. C. de ſentent. & interloc.* Et hanc ſententiam veluti veram amplectuntur *Marant. d. l. num. 20. & Iob. Petr. Moliſn. d. tr. Quæſt. 23. Alex. Trentacinqu. d. l. num. 52.*

18. Coram Arbitro verò compromiſſario, reconventionem locum non habere puto, eò quod ejus iudicium cancellis compromiſſi ſit reſtrictum, nec in compromiſſum aliud veniat quam de quo actum eſt *l. quid tamen 21. §. plenum 6. ff. de Recept. qui arbit. l. non diſtinguemus 32. §. de officio 15. & §. Arbitr. ſin. l. Arbitr. 50. ff. Eod.* Ex quâ ratione Innocentius Papa in *cap. cum dilectus 6. extr. de Arbitr.* in hæc verba reſpondit. Quod licet in iudicio convenientem reconvenire valeatis, qui corâ iudice convenitur, corâ Arbitris tamen reconvenire non poteſt, cum arbitri iudicare non valeant niſi de his tantum ſuper quibus in eos extiterit compromiſſum. Aliam rationem adducunt *Marant. d. l. n. 20. Iob. Petr. Moliſn. di. tr. Quæſt. 22. & ab illis alleg. Bart. ad Auth. Et conſequenter C. de ſentent. & interloc.* ideò coram arbitro compromiſſario, Reconventionem ceſſare ſtatuentes, quod conſenſu utriuſque litigantium ſit electus, ac proinde diſpoſitio *d. l. Cum Papinianus 14. C. de ſentent. & interloc.* ceſſet. à quibus tamen merito ſeceſſum facio, cum aliàs nec coram Delegato iudice, utriuſq; partis conſenſu conſtituto, reconventioni locus eſſet. Quod tamen falſum eſſe *ſup. rb. 15.* demonſtratum eſt.

19. De Auſtregarum iudicibus hic elegans ſeſe offert ventilanda quæſtio: Vtrum etiam coram illis reconventio inſtitui poſſit? Quam affirmativè decidere placet. Exceptio enim in caſibus non exceptis regulam confirmat *l. Quæſtum eſt 12. §. idem*

B

43. ff.

43. ff. de instr. vel instrum. leg. l. nam quod 4. §. si cui sn. ff. de pena
legat. l. cum ita 63 ff. de condit. & demonstr. At in casibus quibus
status Imperii coram iudicibus Austregarum conveniuntur, cer-
to tantum casu in §. 1. ult. & pen. Ord. Camer. part. 2.
tit. 4. reconventio prohibetur per text. ordin. Camer. part. 2.
tit. 4. §. dieselben neuen Kähte vers. Auch sollen die Klagende
parteien nicht in wiederrecht vor die Kähte gezogen werden. In cæteris
itaque permilla censetur. Accedit non tantum expressus ordinat.
Camer. text. d. part. 2. tit. 4. §. So dan die Parteien vers. aber in
obbemelten Articuln solle das widerrecht stadt haben. Sed insuper ra-
tio satis evidens, quod in casibus Cameræ Imperialis ordinatione,
non expressè decisit, observandum sit jus commune, Ordin. Ca-
mer. Part. 3. tit. ult. Quod si itaque dubietas quædam, de decisione
Cameræ ordinationis restaret, certè secundum jus commune
& l. cum Papinianus 14. C. de sentent. & interloc. procedendū effect.

20. Atque hætenus de primariâ iudicis videlicet personâ
pro instituti mei ratione satis; subsequitur iusto ordine, secunda
sc. Actoris. Qui ratione primæ conventionis Rei; contemplatio-
ne verò Reconventionis Actoris vices sustinet. Et generaliter te-
nendum, materiam Reconventionis ex classe & numero permil-
forum esse, ita ut cuilibet licita sit Reconventio, cui non expresse
est prohibita. arg. l. Mutus 43. §. cum quaritur 1. ff. de Procur. l. in
exceptionibus 19. §. sed & si 2. ff. de probat. Imò unicuique reconven-
tio permilla, cui agendi facultas non præcisa. Cum reconventio
nihil aliud sit quam actio uti sup. ib. 2. & 4. demonstratum. Qui-
bus vero agendi facultas concessa sit, videre licet ex leg. 1. 2. & tot.
tit. ibiq. Dd. C. qui legit. pers. standi in jud. & c.

21. Cum autem Pupilli itemque minores, absq; consensu
Tutorum vel Curatorum, legitimam personam standi in iudicio
non habeant. d. l. 1. & 2. C. qui legit. pers. stand. in iud. absq; illo-
rum consensu reconventionem instituere minime poterunt, ne
ex sua imperitiâ, vel juvenili calore, aliquid vel dicant vel tace-
ant, quod si faisset prolatum, vel non expressum prodesse eis po-
terat, & à deteriori eos calculo eripere. Prout inquit Imper. Justi-
nianus in l. clarum 4. C. de Auth. præst. Tametsi enim regulariter
minoribus invitit curatores dari non possint §. itim invitit 2. Inst.

de

de Curat. l. si impuberi 13. §. sed si fin. ff. de tutor. & curat. dat. licet tamen curatores, etiam inviti suscipere coguntur. d. §. 2. qui habet 3. §. si Pupillus 2. in fin. ff. de Tutel. Andr. Gail. 2. obs. 108. num. 1. 2. & 3.

22. Bannitus quoque, der von wegen des gebrochlenen Landfriedens / in des H. Reiches Acht vnd Oberacht erkläret ist / cum omnibus privilegiis beneficiis ac immunitatibus privetur ac exuatur, Reichs Abscheider zu Speir de Anno 1542. §. Würde sich aber jemandt vers. zu erklären vnd zu sprechen / omninoq; libidine exponatur Ordin. Camer. part. 2. tit. 9 §. So jemandt ibi so bald auch &c. absq; dubio Reconventionis beneficio non gaudebit. Quod tamē cum distinctione quadam accipiendum, monet Theoph. Giff. d. tr. Cap: 7. no. 9. & sequ: Ut distinguamus inter Bannitum & proscriptum Imperii, Et ab inferiore aliquo principe exclusum seu relegatum. Ille enim cum ex toto orbe Christiano bannitus censetur, atque in nullo regno securē vivere possit Theod. Reinking de Regim. Secul. & Eccles. lib. 1. class. 5. cap. 6. num. 125. meritō eidem, in totum, hoc beneficium reconventionis denegatur. Hic verō, cum ex certo certi alicujus principis Ducatu vel territorio saltem sit relegatus. si alibi, quam in loco à quo relegatus est conveniatur, Reconventionē licitē uti poterit arg. l. Eum qui 3. ff. de Interd. & releg. Bannum namque unius Ducatus jura alterius loci sibi non subjecti minimē adimit; cum extra territorium jus dicenti impune non pareatur l. extra fin. ff. de Jurisd. cum simil. Schneidew. ad §. cum autem Instit. quib. mod. Jus patr. potest. solv. n. 13.

23. Ut autem alium quis reconvenire possit, necessario requiritur ut sit ab eo conventus, tum per textum supr. ib. 4. allegatos: Tum etiam quod Reconventio sit rei conventi actio; uti ex definitione Reconventionis satis superque patet; nisi fortē reus ex dolosa machinatione, actori occasionem dederit illum conveniendi, ut illum hoc modo callidē, Jurisdictioni sui judicis subiciat, nec coram ordinario actoris judice litigare cogatur. Præterquam enim quod aliās jura decipientibus, & dolosē & callidē agentibus non subveniunt l. Et primo 2. §. sed ita 3. l. si decipiendi 30. ff. ad SCtum Vellei. l. in eo 110. §. fin. ff. de R. J. id manifeste colligitur, ex l. consensisse 2. §. itim si 5. vers. sed & si agant ff. de Judic. Adde Cap. Relatum 21. §. ad hoc extr. de jur. Patron.

24. De Reo Reconvento denique hic dispiendum; Utrum jus reconveniendi competere possit? Et communis Dd. schola tenet quod non. *Specul. d. l. §. fieri 1. num. 4. Iob. Petr. Molign. d. tr. quæst. 7. Petr. Frid. Mind. de contin. caus. lib. 3. cap. 6. n. 9.* cui & ego merito subscribo, ne modus litium multiplicatus inexplicabilem faciat difficultatem teste ICto Paulo in l. singulis 6. ff. de except. Rei Jud. ac infinitas viterur cap. cum in multis 2. de Rescript. in 6. Imò imputet sibi actor, cur in iudicio conventionis litem hanc movere supersederit ac neglexerit; cum tamen ab initio plures actiones cumulare, unoq; libello complecti potuisset C. dispendia 6. de Rescript. in 6. l. haredes 25. §. si inter me 4. & sequ. ff. fam. exercis. Quod si tamen id quod actor in reum reconvenientem iterum vult intendere, incidat in ipsam rei reconventionem, vel ei præjudicium afferat, actorem audiendum putat *Mindan. d. l. idq; exemplis propositis illustrat.*

25. Tertiam iudicij personam principalem dixi esse Reum, qui ratione iudicij conventionalis dicitur Actor, Ratione autem Reconventionis Reus. Et quidem omnes actores à suis reis reconveniri regulariter possunt l. Quæ non 22. ff. de iudic. d. l. cum Papinianus 14. C. de sentent. & interloc. Sive propriam causam agant, sive alienarum litium defensores existant. Quia propter interventum procuratoris non debet deterior causa fieri adversarij l. Prator. ait. 2. §. defendi 3. ff. quibus ex caus. in poss. eat. Cum si principalis ageret posset Reconventio locum habere C. dispendia 3. §. Reus de Rescript. in 6. cap. 1. & 2. ext. de Mut. Petit. Auth. & consequenter C. de sentent. & interloc. Iob. Petr. Molign. d. tr. quæst. 16. Quod tamen verum est si causa reconventionis ipsum concernat principalem, secus si procuratorem Iob. Petr. Molign. quæst. 17.

26. Hinc Principes vel status Imperij, vigore Austregarum, privilegiatam habentes instantiam *Ordin. Camer. part. 2. tit. 4.* Si aliquem inferiorem coram ordinario suo iudice conveniant, ibidem recte Reconveniuntur. Cum contrarium nullibi reperitur decisum, ac in casibus in Ordinatione Camerae non expressis, jus commune, quod hoc passu reconventionem admittit d. l. cum Papinianus 14. C. de sentent. & interloc. l. qui non 22. ff. de iudic. sit attendendum & observandum. *Ordin. Camer. part. 3. tit.*

air. ult. Et insuper explorati juris sit, eoque jure utamur *Inquit*
Itius Ulpianus in l. est receptum 14. ff. de Jurisd. ut si quis maior vel
æqualis subijciat se jurisdictioni alterius, possit ei & adversus eum
jus dici. Quem textum vel solum ad hujus quæstionis decisionem
sufficere putat *Theoph. Gifsb. d. tr. cap. 8. n. 8.*

27. Legati quoque, licet privilegio & jure revocandi do-
mum, gaudeant, ita ut tempore legationis non possint conveniri
l. consensisse 2. §. legatis 3. ff. de Judic. Ne videlicet litibus impliciti
à munere susceptæ legationis avocentur *l. non alias 24. §. sed si 2.*
in fin. l. de eo 26 ff. Eod. Tamen si ipsi, etiam tempore legationis,
aliis litem moveant, non obstante privilegio Revocandi domum,
licite reconveniri possunt; compelluntur enim se adversus omnes
defendere, *d. l. consensisse 2. §. item si 5. v. sed & si ff. de Judic.* Ratio
hujus est tam ex æquitate Reconventionis. *l. cum Papinianus 14. C.*
de sentent. & interloc. Quam quod Privilegium revocandi domum
illis saltem competat, si conveniantur ex contractu ante legatio-
nem perfecto *d. l. 2. §. 3* non verò si ex contractu tempore legatio-
nis celebrato actio oriatur *d. l. 2. §. omnes 4.* Non minus autem
contrahitur in judicio quam per stipulationem *l. licet 3. §. idem*
scribit 11. ff. de pecul. Nisi forte injuriam suam, vel fur-
tum vel damnum persequantur, quod in legatione passi sunt,
tunc enim reconventioni locus non est, ne in potestate cuiusvis sit
pulsando eos, subijcere illos jurisdictioni dum se vindicant *d. l.*
consensisse 2. §. 5. v. sed & si ff. de jud. Theoph. Gifsb. de tr. cap. 2.
num. 15.

28. Ardua sane & à Dd. valde agitata quæstio est; Utrum
Clericus conveniens Laicum coram iudice seculari, sub eodem
reconveniri possit? Quam propter summam difficultatem, im-
periali vel pontificiâ indigere decisione existimat *Andr. de Barba-*
tia in cap. si Clerici 4. ext. de Judic. Referente Theop. Gifsb. d. l. cap. 11.
in princ. Cujus tamen vestigia minime premens non expectatâ novâ
aliquâ decisione, affirmativam huius quæstionis decisionem in pun-
cto Juris veriorē esse existimo. *per text. saepe alleg: l. cum Papinianus*
14. cum auct: Et consequenter sequente C. de sentent: & interloc: l.
qui non 22. ff. de Judic: Canon: accusatores 1. §. Cuius in agendo Caus.
33. Quæst: 8. Cap: Dissendia 3. §. Reu, de Rescript: in 6. Cap: 1. & 2.

ext. de mut. petic. Accedit quod Cleric⁹ ubi cōtraxit conveniri, nec obstante privilegio, alterius iurisdictioni subici Possit *Cap. Dilecti filii 17. ext. de for: compet:* Ast conveniens Laicum cum eo contrahit *l. licet 3. §. idem scribit 11 ff. de Pecul: merito itaq; iurisdictioni secularis iudicis per conventionem se subicit. Præsertim cum nullus expressus textus Reconventionem hoc passu prohibens in iure Canonico extet, proindeq; iuri civili generaliter reconventionem admittenti standum. Cum teste Theoph: Gistb: d. l. n. 11. per manus vulgo tradatur, quoties quæstio aliqua dubia sit de Jure Canonico, sed clara & expedita de iure Civili quod standum sit legibus in utroq; foro *Vid. Cap: intelleximus 1. ext. de Nov: oper: Nunciat:* Nec id in hoc casu singulare est, cum & alii per multi sint quibus Clericus coram Seculari iudicē litigare cogitur. *Cap: ex transmissa 6. cum cap: sequ: ext. de for: Compet: Cap: ceterum 5. ext. de Judic: itim cum pacto privilegio fori renunciat *l. si quis 29. C. de pactis l. Si quis 51. C. de Episc: & Cleric: vid. omnino Nov: 123. cap. 25.* Et hanc sententiam communiter observari, testatur Prosper Farinac: in *Pract: Crim: quest: 8. à no 99. usq; ad 101. Alex. Trentacinqu: d. l. n. 32. eamq; sequuntur Specul: d. l. §. Nunc dicamus 2. no 7. Marant: d. part: 4. n. 53. Andr: Gail. lib: 1. Obs: 37. no 6. Petr: Frid: Mind: d. l. cap: 6. no 6. Job: Petr: Malign: quest. 32. per tot. Henric: Bo:er Clafs: 6. Disp: 21. Thes: 19.***

29. Non minoris difficultatis, & momēti quæstio hic de studioso occurrit. Utrum is conveniens civem coram Magistratu Municipali, ibidem reconveniri possit? Et cum controversia hæc ardua & maximi ponderis sit; non certè, ex favoris ratione, vel ex incerta & divinatoria *Autb. Habitâ C. ne fil: pro Patre* explicatione decidenda; sed ex veris & solidis iuris rationibus & textibus determinanda, qui si penitius introspectantur reconventioni hoc passu locum esse apparebit. Notissimi enim iuris est, quemlibet privilegio vel præscriptioni fori, propter dignitatis prærogativam competenti, renunciare posse. *l. si quis 29. C. l. Pactum 46. ff. de Pactis l. si Judex 41. ff. de Minor: Quid ni ergo Studiosus per conventionem tacite in Iudicem consentiens *l. Junct l. 2 ff. de Judic. privilegio fori, per d. Autb. sibi concessio, renunciare, & secundum *l. qui non cogitur 22. ff. d. 1. se alterius iurisdictioni subicere possit.***

Præ-

Præsertim cum Legatus, licet privilegio Revocandi domum gau-
deat *l. Consensisse 2. §. Legatis 3. ff. de Judic.*: tempore legationis re-
conveniri possit *d. l. 2. §. item 5. v. sed & si agant Qui tamen Stu-
dioſo comparatur l. si longiu. 18. §. si filius familias 1. ff. d. t. cum uterq;
Reipubli causa absit d. Auth: Habita C. nefil: pro patr: Et deniq;
fundatur hæc sententia in iuribus generaliter reconventio-
nem admittentibus, videl. *l. cum Papinianus 14. cum Auth: &
Consequenter C. de sentent: & inter loc. l. Qui non 22. ff. de Judic: &
simil.* Quibus tamdiu standum, donec correctio veterum legum, &
exceptio probetur *arg. l. Sancimus 27. C. de testam l. Pracipimus 32. §.
Qui quid fin C. de Appellat.* Plura hujus opinionis fundamenta, uti
& contrariorum resolutionem videre licet apud *Theoph: Gi sib:
d. tr. Cap. 12. Bocer; d. l. 16: 22**

30. Quod tamen de studioſo *th: Præced: dictum, minime*
obtinere monet *Bocer: d. l. 16: 23*, si confiterit, quod Civis dolo-
se effecerit ut conveniretur à Studioſo coram giudice Municipali,
quo ipsum reconveniendò contumelijs exponere posset *arg: Cap:
Relatum 21. §. ad hoc ext. de iur: Patron: d. l. Consensisse 2. §. item
ſi 5. v. sed & ſi ff. de iudic: Alex: Trentacinqu: d. l. n. 33,*

31. Vice verſa si Scholaris à Cive oppidano coram Re-
ctore Academiæ conveniatur, poterit eundem coram Rectore
Reconvenire: *Alexand. Trentacinqu. d. l. n. 58.* Iniquum enim eſſet,
Studioſo id non licere quod Civi pari in paſſu conceditur *arg. l.
non debet 41. ff. de R. I. l. si idem 11. §. ſed & ſi 1. ff. de Iuriſd.* Præſer-
tim cum favorabilior ſit perſona ſtudioſi quam Civis *Auth: Habi-
tâ C. ne fil. pro Patr.* Et hanc ſententiam inprimis tenendam eſſe
monet *Matthias Stephani de Iuriſd. lib. 3. part. 2. cap: 12. n. 46.* Cum
ſit favorabilis, & faciat pro ampliandâ iuriſdictione Rectoris &
Concilij Academiæ, ut nimirum Rector, qui aliàs in Cives aliosq;
non habet iuriſdictionem in ſimplici conventionè, tamen per
Reconventionem eam acquirat, vi effectusque Reconventionis.
*per. d. l. Cum Papinianus 14. & l. qui non cogitur ff. de iudic. Diff. Me-
rant. d. l. n. 28. in fin.*

32. Pauperes denique, aliæque perſonæ miſerabiles, licet
de jure privilegiatum habeant iudicem *l. un. C. quand. Imper. in-
ter Pupil. vel viduam &c.* Attamen ſi alios conveniant, rectè coram
eodem

eodem iudice Reconveniri posse. cum Henrico Bocero d. l. l. b. 25. statuo. Idque propter generalitatem *supr. sepe alleg. textuum.* Quibus tam diu standum donec exemptio & exceptio producatur.

33. Et cum hactenus de primo hujus disputationis membro, pro instituti mei ratione satis egerim, sequitur jam, ut de REBUS seu causis in iudicium Reconventionis deducendis pauca tractem, exemplo Iustiniani in §. *Omne autem jus fin. Inst. de iur. N. G. & C.*

24. De quibus autem causis Reconventio institui possit, cum singulatim explicare, propter rerum multitudinem ac varietatem, impossibile sit, ad generalem juris definitionem seu regulam recurrendum, arg. l. *suus quoq. 4. §. Puto 1. in fin. ff. de Hered. instit. Quod in omnibus causis, in quibus Reconventio prohibita non invenitur, concessa & licita videatur. Arg. l. Mutus 43. §. Cum quaritur 1. ff. de Procur. l. Nec non 28. §. Quod ejus 2. ff. Ex quibus caus. Major. l. in exceptionibus 19. §. sed & si 2. ff. de probat. Ex omnibus itaque quasdam enumerasse sufficiat.*

35. ~~Nec interest utrum actiones sint cognatae an diversae.~~ Cap. *Dissidia 2. §. Reus in verb. Obnoxium de Rescript. in 6. l. Qui non cogitur 22. ff. de iudic. l. cum Papinianus 14. in verb. Daturum vel Facturum C. de sentent. & interloc. Verbum enim facere, omnem omnino faciendi causam complectitur l. verbum 218. ff. de V. S. Nec quicquam obstat quod in d. l. 14. in fin. Imper. inquit in eodem negotio, ac proinde, non in diversis causis reconventio admittatur: Nam verba praecitata, non ad actionum connexitatem, sed iudicij identitatem referenda esse, ipsa dispositio d. l. 14. satis evincit. Quarebatur enim; An in eodem iudicio, non obstante fori praescriptione, condemnari posset Reus? Respondetur affirmative, per rationem: quod cuius in agendo observat arbitrium, eum habere & contra se iudicem in eodem negotio, id est, in eodem iudicio, non dedignari possit; atque hanc explicationem tenet Gothofr. ad d. l. 14. lit. F. Theoph. Gifib. d. tr. cap. 13. num. 2. Eaque magis confirmatur, per l. error 7. C. de iur. & fact. ignor. l. sententiis 3. C. de Error. Advocat. cap. ex literis 1. ext. de Mut. Petit. in quibus textibus vocabulum Negotij pro lite seu iudicio accipitur.*

Perinde

36. Perinde etiam est num actio sit in personam, an verò in rem. Quicquid etiam Anton. Faber. 20. *conject.* 8. subtiliter magis quam utiliter contra disputet; Et de actionibus personalibus, textus est expressus *in saepe alleg. l. cum Papinianus in verb. daturum vel facturum C. de sentent. & interloc.* quæ verba propriam esse actionem in personam notam, patet ex *§. omnium 1: ibiq; Dd. inst. de Act.* De actionibus v. Realibus itidem est textus *in d. cap. Dissendia 3. §. Reus in verb. Obnoxium de Rescript. in 6. Nov. 69. cap. 2. in verb. obnoxium.* Obnoxium autem nobis esse non tantum dicimus qui actione personali, sed etiam qui actione Reali à nobis pulsari & conveniri potest, *Vid. Job. Emer. à Rosbach. Prax. Civ. Tit. 46. n. 8. & omninò Hillig. in suo Donell. Enucl. lib. 17. comm. 19. lit. O. ubi argutias Anton. Fabri probè enucleatas invenies.*

37. Item num actio sit civilis an criminalis. & de actione quidem Civili, minor est dubitatio, propter verba. Actiones, Actorem, Actione quibus Icti, Imper: & Canon: utuntur, *in textib. de Reconventionem loquentibus & saepe supr: alleg.* Actionis enim verbum propriissimè sumptum de actione Civili tantum exauditur, is enim qui Criminaliter experitur, magis propriè accusare, quàm agere dicitur *per Rubr. ff. & C. de Accus.* Laxius tamen vocabulo actionis sumpto, quandoq; etiam criminalem Complectitur atq; comprehendit *Rubr. C. Quando Actio Civilis Criminali Prejudic.*

38. De Criminali actione major sane dubitatio est. An in illis causis locum habeat Reconventio? Quàm quidem quæstione, nullam in hac materiâ spinosiorè & interpretum concertationibus magis vexatam esse testatur *Theoph. Gistib. d. tr. Cap. 16. in princ. Affirmativam* tamen hujus quæstionis decisionem, de Iure veriore putans, quam & ego meritò amplector, ita ut si quis conveniatur criminaliter, possit ad suam vel suorum injuriam vindicandam, actorem suum coram eodem Iudice ex alio crimine reconvenire. Ita enim *Imp. Valentin. Valens, & Gratianus in l. Neganda 19. C. de his qui Accus. non poss.* rescripserunt. *Neganda est accusatis, Qui non suam suorumq; injuriam prosequuntur, licentia criminandi in pari vel minori Crimine.* Huc etiam facit quod Reus, pendente lite ante sententiam, suum accusatorem possit deferre. *L. si quis Reus 5. §. inchoatas fin. ff. de Publ. Judic. l. deferre,*

in Criminalibus

18. §. *sed eas 4 ff. de Jur. Fisci.* Delatio autem nihil aliud sit quam criminis apud judicem narratio, cum accusare videatur qui detulit. *L. Eum patronum 10. ff. de Jur. patron.* Comprobat deniq; hanc sententiam non tantum ratio generalis *sape alleg. l. Cum papinianus* quod absq; discrimine causarum Civilium vel Criminalium, eum Judicem habere debeat, cujus in agendo observavit arbitrium. Sed insuper *d. l. Neganda 19. C. de his qui accus. non poss.* ubi clare satis Impp. pronunciant, Quod & ipsi (sc. Rei) inscriptiones, contra eos. (sc. Actores) etiam pendente accusatione, deponere possint. Inscriptio verò nihil aliud est, quam libellus accusationis scripto comprehensus *l. libellorum 3. ff. de Accus. & Inscript.*

39. Quod autem in Criminalibus admitti reconventionem dixi, non ita intelligendum, quasi reus de crimine conventus, principale negotium conventionis differre, ac per Reconventionalis causæ cognitionem, illud ipsum protelare possit, cum simultaneus processus in criminalibus raro observari & attendi possit; Notissimi enim Juris est, in hujusmodi concursu causarum, majorem & prægnantiorē semper præferri minori, & minorem cedere majori *text. est in l. per minorem 34. ff. de Judic. l. prius 1. l. Neganda 19. C. de his qui Accus. non poss. l. si quando fin. C. de Ordin. Cognit.* Hinc eleganter *Jetus Ulpianus in l. si quis 5. ff. de Publ. Judic. inquit* Si quis reus factus est, purgare se debet, nec ante potest accusare (sc. cum effectu *Theoph. Gifsb. d. l. n. 10.*) quam fuerit excusatus, cum non relatione criminis, sed innocentia reus purgetur. Sed ad hoc prodest Reconventio, ut finito conventionis negotio Reus (intuitu sc. Reconventionalis Judicij) Coram eodem judice respondere cogatur. Non enim præbanda illorum sententia qui Reconventionem in criminalibus non nisi coram Judice Rei ordinario admittunt. *Marant. in spec. Aur. d. l. n. 60. Henr. Bacer. d. Disp. 21. th. 36. l. B. & E.*

40. Et illa quidem quæ in præcedentibus th. dicta sunt, obtinent, quando utraque causa tam conventionis quam reconventionis est criminalis (Quod si verò altera causarum est Civilis altera Criminalis, non minor dubitatio suboritur. Utrum conventus Criminaliter, reconvenire adversarium possit civiliter? Et licet communis Dd. schola negativam defendat affirmativam tamen in puncto Juris veriorē puto. Cura

Cum quotiescunq; civilis actio; Criminali examini non obest neq; illud perstreperere, vel singularitet impedire potest, unum debeat habere momentum *uti constat ex l. adulterij 33. C. ad L. Jul. de Adul.* Et idem quoq; de causis præjudicialibus dispositum invenitur in *l. Cum & ipse 1. l. si Crimen 3. l. si status 4. & l. si res tuas 6. de Ordin. Cognit.* Et suadet deniq; ratio *d. l. Cum Papinianus.* & reliquorum textuum dereconventionelloquentium generalitas *Gifsb. d. cap. 16. n. 14. Diss. Specul. d. l. §. Nunc dicamus 2. n. 10. Marant. d. part. 4. Diss. 6. num. 66. Job. Petr. Molign. di. tr. quest. 62. Henr. Boer. d. Diss. tb 36. lit. D.*

41. Idem quoque dicendum de eo, quando quis convenitur civiliter, quod possit adversarium suum reconvenire criminaliter. Et hanc veluti communem Dd. sententiam tenet *Jul. Clar. in pract. Crim. lib. 5. §. fin. quest. 2. v. sed quero 4.* idque procedit tam in causis separatis, per rationem *d. l. cum Papinianus* quam in causâ ex eodem descendente judicio *Jul. Clar. d. l.* Nec hic distinguendum cum *Specul. d. l. §. nunc dicamus 2. n. 10. & Marant. d. l. n. 67.* utrum Index sit competens Rei reconventi, an non. Utroque enim casu, Reconventioni locus est. Cum ipsa natura Reconventionis, competentiam in Reum reconventum, judici concedat. *l. qui non 22. ff. de judic.*

42. De causâ fractæ pacis hic queritur; Utrum in eâ locum habeat Reconventio? Et *Andr. Gail. de pace publ. lib. 1. cap. 12. num. 4.* Reconventioni locum esse negat: tum quod crimen fractæ pacis, innocentia, non relatione, purgandum sit *l. si quis reus 5. ff. de Publ. Iud.* Tum quod ita pronunciatum sit in causâ *Helfenstein / contra Ulm,* & in causâ *Bodenhausen / contra Ernestum Ducem Brunowicensem.* Verum, quemadmodum præjudicia ista supremi tribunalis, non temere sunt repudianda, sed attente consideranda; sic etiam temere nõ sunt pro lege & oraculo Delphico habenda, *Ampl. Dn. Ernestus Cothman ICtus celeberrimus Vol. 1. Consil. Resp. 13. n. 125. & sequ.* Sunt enim res inter alios actæ, quæ terro neque profunt, nec nocent. *ros. tit. C. Res int. alios act. vel judic. alius non nocere.* Proindeque decisio hujus questionis, ex præjudiciis istis non petenda; sed potius intrepide statuendum, cum hæc questio de causa fractæ pacis, ad Cameram tanquam judicem ordinarium & competentem pertineat, *ipso Gail. d. obs. n. 4. fatente nec*

ne nec specialiter quicquam in Ordin. Camer. de ea decisum invenitur, secundum jus commune, hoc passu Reconventionem admittens, *d. l. Neganda 19. in fin. C. de his qui accus. non poss. vid. ib. 38. supr. hanc quæstionem affirmativè decidendam per text. in Ordin. Camer. part. 3. tit. ult. Et ita statuit Theoph. Gisb. d. tr. cap. 17. per tot.*

Causis Summarijs
43. Sic etiam in causis Summarijs, Reconventioni locum esse, rationi & juris textibus conveniens est. Ratio est, quod actor non possit eum judicem recusare, quem in sua causa agendo comprobavit. *d. l. cum Papinianus* ne in calumniosâ illius sit potestate, an velit coram eodem iudice respondere nec ne *l. si idem 11. S. sed & si ff. de Jurisd.* Textus est in *l. sed & h. 35. §. non solum ff. de Procur.* Et longè clarior in *clement. sape §. verum de V. S.* qui simpliciter in causis summarijs Reconventioni locum tribuit, nullâ adhibitâ distinctione, utrum ambæ causæ sint summarix, vel alterutra tantum. Unde patet commentitiam esse Dd. distinctionem ac limitationem; Num utraq; causa, an v. altera saltem sit summaria: Ut illo non verò hoc casu reconventio procedat, *Spetul. d. l. §. Nunc dicamus 2. n. 11.* Ubi enim lex non distinguit, neq; nostrum est distinguere *Arg. l. de pretio 8. ff. de publ. act. Vid. Job. Petr. Molig. d. tr. quæst. 44. per tot.*

in pō: Spolij.

44. In puncto spolij conventus, utrum adversarium suum reconvenire possit? hoc loco paucis tractandum. Quæ quæstio cum communi Dd. scholâ negative decidenda: Non tam propter generalem juris rationem, quod spoliatus ante omnia restituendus. *l. si quis 7. C. de vi publ. cap. in literis 5. cap. sollicite cures 2. cap. conquerente 7. ext. de Restit. spoliat.* Quam propter expressum cap. *super spoliatione fin. ext. de Ord. cognit.* in quo Papa Gregorius in hæc verba respondet. Super spoliatione conventus, adversus restitutionem petentem, non est. (Nisi super quæstione spoliationis) si eum reconveniat, audiendus. In quo textu, cum expresse Reconventio prohibeatur, nec ad prorogationem saltem jurisdictionis illam proficere, verius est.

45. Quod autem supr. dictum Reconventionem in puncto spolij non admitti, non ita simpliciter exaudiendum, quasi planè in omni spolio cesset reconventio: Communi enim Dd. calculo & veriori juris ratione obtinuit, quod in puncto spolij conventus, adversarium super spolio, sibi, in re sua, antea facta, reconvenire.

nire.

nire possit per d. cap. super spoliatione fin. v. nisi super quaestione spoliationis ext. de ord. cognit. Accedit quod privilegiatus non utatur privilegio suo, contra pariter privilegiatum arg. l. verum n. §. item queritur 6. ff. de minor. Specul. d. l. §. Nunc dicamus 2. n. 3. Marant. d. l. num. 43.

46. Cum autem super spoliatione conventus, adversario, super alio spolio, quaestionem movere, & eidem obiicere voluerit. Multum sane interest, utrum hoc in modum exceptionis, an v. per viam actionis sive Reconventionis faciat. Ita n. Innocent. 3. in Cap. Cum dilectus 2. v. Nos autem ext. de Ordin. Cognit. rescribit. Nos autem distinguendum esse credimus, utrum spoliationis quaestio, ab ijsdem Nobilibus, sit objecta in modum actionis, ad restitutionem petendam. An in forma Exceptionis, ad intentionem Adversarii repellendam. Ratio differentiae adducitur haec; quod in modum exceptionis proposita quaestione spolii, in tantum excludat intentionem agētis de alio spolio, ut non audiatur, antequam restitutio plenarie facta sit d. Cap. 2. Si vero in modum reconventionis obiectum fuerit spolium, non statim spoliatus restituitur, sed cum mutuae sint petitiones, se invicem non contingentes, alternatim tractantur, & tandem unā sententiā terminantur d. Cap. 2. in fin. Atq; hinc insignem hanc cautionem, ab advocatis causarumq; patronis notandam esse, monet Theoph. Gifib. d. tr. cap. 15. n. 13. Ne videlicet facile in modum reconventionis, sed potius in forma exceptionis quaestionem spolij adversario obijciant.

47. In causā Depositum utrum locus sit reconventioni non immeritò dubitatur? ad quam quaestionem cum Marant. d. l. n. 39. Et Job. Petro. Mohign. d. tr. Quest. 43. in fin. distinguere placet, inter reconventionem, simultaneo & parili processu instituendam, vel finito conventionis iudicio demum ventilandam, ut hoc, non illo casu Reconventioni locus sit. Ut ita statuam moveor ratione juris, quā depositum ante omnia restituendum asseritur l. si quis in C. de pos. Arg. l. Compensationes fin. C. de compens. Cap. bona fides fin. ext. de pos. Facta vero restitutione rei depositae, cum omnes actiones integrae reserventur secundū imper. Justin. in d. l. si quis in C. de pos. Et ipsa Recoventionis ventilatio non evanescet, sed ad protractionem jurisdictionis proderit.

48. Iam tandem ad processum hujus iudicij me cōvertò, idq;

C. 3.

ut

ut distinctim & ordine fiat, primò initium hujus iudicij. Deinde
progressum, & deniq; exitum ejusdem breviter considerabo.

49. Porro ad modum intentandæ Reconvencionis, quod
attinet illam durante Iudicio conventionis proponendam, esse in-
dubitatum est *ex Cap. Dissendia 3. v. Reus de Rescript. in 6.* In quo In-
nocent. Papa in hæc verba rescripsit Res quoq; si eodẽ durante Ju-
dicio, actorem sibi obnoxium dixerit, reconvencionis beneficio vel
conventiõis, de jure suo debet apud eosdem Iudices experiri. Quã
verò parte iudicij sit proponenda? non omnium una est sen-
tentia.

50. Primo enim sunt non infimi subsellij Icti statuentes, re-
convencionem ante litis contestationem, in causã conventionali
factam opponendam esse alioquin non veram nec propriam, sed
impropriam reconvencionem esse. *Marant. d. l. n. 5. v. Redeo pro
consentiente allegans Phil. Dec. Conf. Ult. 200. n. 2.* Ratio hujus opi-
nionis desumpta videtur *Ex Auth. & Consequenter in verb. statim C.
de sent. & interloc. Clement. sepe v. Verũ in verb. in ipso litis Exordio
de verb. sign. Cap. ex literis 1. in verb. in continenti ext. de Mut. petit.*

51. Deinde sentiunt nonnulli, Reconvencionem statim &
illico, post litis contestationem, antequam ulterius in causã con-
ventionali procedatur, institui posse. *Alex. Trentacinqu. lib. 2. Re-
sol. 1. de Mut. petit. num. 4. Iobann. Emeric. à Rosbach. Prax. Civil.
tit. 46. n. 17. Henr. Bocer. d. l. tb. 41.* antequam videlicet juretur de
Calumniã *Trentacinqu. d. l.* ut ita hoc tempore institutã reconven-
tione, simultaneo processu, nisi aliud impedimentum obstet, u-
trumq; negotium ventiletur.

52. Alij deniq; Reconvencionem, proprie ita dictam, ante
conclusionem causæ conventionalis moveri & proponi posse,
asserunt. *Specul. d. l. §. sequitur 3. v. sed omissis. Petr. Frid.
Mind. lib. 3. de Contin. Caus. Ca. 7. §. Quartum caput 6.* Quo-
rum sententiam & ego lubens sequor, eo potissimum motus fun-
damento, quod Reconventio post litis contestationem *l. in rem suã
18. ff. de Compens. & eodem durante Iudicio cap. Dissendia 3. v. Reus
de Rescript. in 6.* institui possit. Durat autem Iudicium donec in
causã conclusum sit: quod tunc fieri scribit *Gail. 1. obs. 107. n. 3.*
quando utrinq; probationibus & allegationibus renunciatum est
per cap. Pastoralis 5. ext de caus. posses. & proprietat. Accedit quod
definitio Reconvencionis supr. proposita, non inconvenienter,
huic

Huius reconventioni post litis contestationem interposita, accom-
modetur. Et hanc sententiam in Iudicio Camerali receptam &
comprobata esse evincit clarus text. *Ordin. Camer. part. 3. tit. 30.*
v. So aber *Ubi hac verba leguntur.* So aber solche Gegenklage/ her-
nach vnd doch vor beschluß der Sachen fürbracht würde/ alsdan sollen
beide Sachen/ der Klage vnd Gegenklage/ verzeilet unterschiedlich / vnd
ein vor sich selbst alleine gehandelt werden.

53. Atque hactenus de initio huius iudicij, sequitur jam
Iusto ordine progressus. Qui duplici peragitur modo: Aut enim
parili & simultaneo processu utrumq; negotium peragitur. Aut
finito demum conventionis iudicio, Reconventionalis actio co-
ram eodem iudice ventilatur. Priori casu, æquæ ac in iudicio con-
ventionis, libello ab utraq; parte oblato, primum in causa con-
ventionis, ac deinde in causa reconventionis, Iudicium per litis
contestationem constitui debet, Iuramentum calumniæ ab utraq;
parte præstari, probationes proferri, ac deniq; in omnibus iudicij
partibus, alternatim usq; ad conclusionem procedi. *Specul. d. l. §.*
Videndum 4. in prin. Petr. Frid. Mind. d. Cap. 7. §. 7. Quæ omnia hic
figillatim enarrare cum pagellarum angustia non admittat. Vi-
deri possunt præter *supr. Citatos Marian. Socin. d. tit. de mut. pet. et.*
Capit. 2. à n. 11. usq; ad 17. Marant. d. l. n. 7. 8. & 9. Alex. Trentacin-
qu. d. l. n. 6. Ioh. Perr. Mollign. d. l. Quæst. ab 82. usq; ad 88. Theoph.
Gisib. d. tr. Cap. 20. Atque hic modus procedendi eleganter con-
firmatur. *text. Ordin. Cameral. part. 3. tit. 30.* So der Beklagter/ den
Kläger in das Widerrecht fassen weil sol er solche seine Gegenklage/ vor
der Kriegsbesetzung/ oder hernach *ad proximam*, oder *secundam* für-
bringen vnd darauff zugleich *procederet* vnd ein *termin* vmb die ander
gehalten werden.

54. Quod si vero actor reconventus respondere nolit, iu-
stitiæ administratio, in causâ conventionali, ei denegabitur, per
ea quæ eleganter tradit. *Ioh. Perr. Mollign. d. tr. quæst. 96.* Posteriori
verò casu, ubi finito conventionis iudicio, demum reconventio
instituenda, res omni caret difficultate, cum secundum differen-
tiam & varietatem causarum, solitus processus sit observandus
& Reconveniens, pendente lite conventionis, cautionem iudicio
facti ab adversario exigere possit. *l. ordinata 24. §. si is qui 4. ff. de*
liberal. caus. l. consensisse 2. §. sed si 6. ff. de iudic. Theoph. Gisib. d. tr.
cap. 22. n. 10. 11. & 12.

Quibus

55. Quibus verò in causis simultaneus processus locum habeat, vel non, ob varietatem ac multitudinem negotiorum & causarum, certæ regulæ includere difficile est. Sunt enim causæ quæ celeriores processum desiderant, quarum numero veniunt actiones criminales *l. per minorem* 54. ff. de iudic. l. prius 1. l. Neganda 19. C. de his qui accus. non poss. l. Quoniam fin. C. de Ordin. iudic. Item præjudicialiter, *l. si quando* 7. C. de ord. cognit. Tutius itaque erit arbitrio iudicis relinquere, utrum is velit uno & simultaneo processu utramque causam cognoscere, nec ne. Cum illa quæ sub certâ definitione deprehendi non possunt, propterea quod in facto potius, quam in jure consistant, relinquatur arbitrio iudicis. *l. Mora* 32. ff. de usur. l. quæsitum 13. ff. de testib. l. Accusatorum 1. §. sed non 3. ff. ad SCtum Turpill. Nisi forte in quibusdam casibus, dispositio clara juris extet, quam sequi iudex merito debet, exemplum est in *l. illud* 1. §. si apud fin. ff. quæ sentent. fin. appell.

56. Ultimo tandem loco exitus seu finis hujus Iudicij, paucis considerandus. Finitur a hoc iudicium, sententia inter partes prolata, quæ, si causæ connexitas & negotiorum natura admittant, tam causam conventionis, quàm reconventionis simul definire debet. *cap. Cum dilectus v. Nos autem in verb. Eadē sententia terminanda ext. de Ordin. Cognit. Cap. ex lit. 1. in fin. ibiq; DD. ext. de Mut. petit. Ita quidem ut ex sententia Specul. d. l. §. Videndum 4. n. 4. Uno contextu & secundum Bartol. in d. Auth. & consequenter C. de sentent. & interloc. n. 3. v. item dicta causæ referente Job. Petr. Moling. d. tr. Quæst. 88. in una charta. Utraq; tam conventionis quam Reconventionis sententia proferatur ac scribatur. Idq; de actionibus cognatis præ cæteris dicendum per *l. Illud* 1. §. si Apud. fin. ff. quæ sentent. fin. Appell. Resc.*

57. Colophonis loco Quæstionem illam valde vexatam hic adicere placet: An de jure Saxonico Reconventio locum habeat? Quam aliorum iudicio salvo, affirmative decidere allu-
bescit. per text. in artic. 61. lib. 1. Landrecht; & Artic. 79. in
fin. ejusd. lib.



nire possit per d. cap. super spoliationis ext. de ord. cognit. Accipitur privilegio suo, contra pariter perqueritur 6. ff. de minor. Specul. d. l. num. 43.

46. Cum autem super spolio, quæstionem super alio spolio, quæstionem Multum sane interest, utrum huiusmodi actionis sive Reconvencionis Cum dilectus 2. v. Nos autem ext. tem distingendum esse credimus, iisdem Nobilibus, sit objecta in petendam. An in forma Exceptionis repellendam. Ratio differentiam exceptionis proponitur quæstionem agētis de alio spolio, plenarie facta sit d. Cap. 2. Si verum fuerit spoliū, non statim mutua sint petitiones, se invicem tractantur, & tandem unā sententia. Atq; hinc insignem hanc causam patronis notandam esse, monendum videlicet facile in modum reconvencionis quæstionem spoliæ

47. In causâ Depositi immeritò dubitatur? ad quam Et Job. Petro. Molagn. d. tr. Quæstio inter reconvencionem, simultaneam vel finito conventionis iudicio illo casu Reconvencioni locus juris, quâ depositum ante omnem C. de pos. Arg. l. Compensationes ext. de pos. Factâ vero restitutiones integræ referentur secunda ppf. Et ipsa Reconvencionis verogationem iurisdictionis pro-

48. Iam tandem ad proce-

is super quæstione spoliationis non utatur arg. l. verum 11. S. item camus 2. n. 3. Marant.

adventus, adversario, in obviare voluerit. Exceptionis, an v. per Innocent. 3. in Cap. sic. rescribit, Nos autem spoliationis quæstio, ab his, ad restitutionem actionem Adversarii hæc; quod in modum tantum excludatur, antequam restitutio reconvencionis obstituitur, sed cum argentes, alternatim d. Cap. 2. in fin. advocatis causarum q; d. tr. cap. 15. n. 13. Ne id potius in forma ex-

reconvencioni non. in Deposito. um Marant. d. l. n. 39. distinguere placet, in processu instituendam mandam, ut hoc, non tam moveor ratione m asseritur l. si quis 11. ens. Cap. bona fides fin. æ, cum omnes actio. in d. l. si quis 11. C. de transcet, sed ad pro-

dicij me cōverto, idq; ut

